

gulares personas a quibus is excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes:

§. 4. Hujusmodi supplicationibus inclinati, praesertim binas Urbani Praedecessoris litteras cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac illas ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & in futurum quomodocumque spectabit, exacte, & accurate observari precipimus, & mandamus, necnon omnes, & singulos tam Fratres, quam Superiores, qui litteris praesertis, etiam una vice, contraveniant, eo ipso excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae, & officiorum per eos obtentorum poenis, & praesertim Superiores qui Fratres praedictos in duobus Conventibus supradictis, vel eorum altero contra dispositionem litterarum praesertiarum ultra viginti dies retinuerint, seu morari permiserint, abique alia declaratione incursum esse declaramus.

Confirmatur, & innovatur Brevia, coram quibus praecipitur sub eisdem poenis.

Clausula.

§. 5. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integro effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in litteris praesertis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque,

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVII. Junii MDCLXXIX. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXVII.

Dec. 22. Junii 1679. An. 3.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo declaratum fuit, Fratres Discalceatos Ordinis S. Augustini non habere jus aggregandi ad Confraternitatem, & Regularium praeposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: In Causa Augustinianorum verten. inter Patrem Generalem totius Ordinis Sancti Augustini ex una, & Patres Vicarios Generales Discalceatorum Congregationum Italiae, Galliarum, Hispaniarum, & Lusitaniae altera ex partibus &c. -- Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Car-

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuum rei memoriam.

Alia emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: In Causa Augustinianorum verten. inter Patrem Generalem totius Ordinis Sancti Augustini ex una, & Patres Vicarios Generales Discalceatorum Congregationum Italiae, Galliarum, Hispaniarum, & Lusitaniae altera ex partibus &c. -- Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Car-

Decretum Congregationis Episcoporum & Regularium.

dinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, partibus auditis referente Eminentissimo Crescentio, censuit non licere Discalceatis Jus aggregandi ad Confraternitatem Cinturatorum Sanctae Mariae de Consolatione positam in Ecclesia Sancti Jacobi Bononiae. Pesse tamen erigere Confraternitates Corrigatorum in propriis eorum Ecclesiis tantum, servata tamen forma Constitutionis Jan. mem. Clementis VIII. incipiens. Quaecumque &c. sub die 7. Decembris 1604. & Decretorum ejusdem Sacrae Congregationis; Ideoque erectionem factam in Ecclesia Discalceatorum in Civitate Vlyssipona esse nullam. Roma 30. Septemb. 1678. -- Card. Gaspar Carpineus.

§. 1. Cum autem, sicut Dilectus filius Dominicus Valvasorius Procurator Generalis Fratrum Eremitarum S. Augustini Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolica confirmationis Nostrae patrocinio communiti summopere desideret: Nos ipsum Dominicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertum auctoritate Apostolica, tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Confirmatur Decretum.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Jun. MDCLXXIX. Pontificatus Nostri anno Tertio.

LXVIII.

Adscribitur in albo Sanctorum Servus Dei Thurbibus Archiepiscopus Limanus.

Dec. 28. Junii 1679. An. 3.

Hic Beatus Sanctorum albo adscriptus fuit a Benedicto XIII. 4. Idus Dec. 1726. in Const. quae incipit; Quoniam Spiritus.

INNO.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

Laudemus Viros gloriosos, qui magni virtute, adepti sunt gloriam in conversatione Gentis, & commissas sibi oves verbo, & exemplo fideliter pascere, Deique Domum aedificare, atque corroborare studuerunt; qui quasi arcus resurgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus vernis, Ecclesiam universam nominis sui celebritate, & spiritualium aromatum odore impleverunt, ac demum feliciter decurso mortali aevi studio, immacescibilem justitiae coronam in aeterna Coelestis Hierusalem, stabilitate accipere meruerunt. Quos inter cum Dei Servus Thurbibus, olim Archiepiscopus Limanus, charissimam meliora emulatus, ac Theologicarum, Moraliumque virtutum omnium fulgore conspicuus, longe lateque splenderit; Apostolice muneris, quod viribus licet, & meritis impares, divina dignatione gerimus, ratio exigit, ut illius cultui, & venerationi in terris, ad Dei laudem, ad Ecclesiae decus, & praesidium, ad Christiani populi spiritualem edificationem, atque consolationem, potestate nobis a Domino tradita, consulamus.

Declaratum fuit a S. Congregatione Rituum, quod si Summi Dei Servus donati posse nomine Beati.

§. 1. Cum itaque confectis dudum ex hujus Sanctae Sedis Apostolicae licentia processibus de vita sanctitate, heroicisque virtutibus, quibus idem Servus Dei Thurbibus multipliciter fulsisset, piisque studiis, quibus Catholicam fidem, Ecclesiasticamque disciplinam per Sanctae Synodi Tridentinae Decreta sanciam in nova illa Christianitate stabilivisset, ac miraculis quae ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo patrata fuisse asserbantur, Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum, post maturam diligentemque illorum discussionem coram Nobis constituta, auditis eorum Consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse quodcumque Nobis placeret, ad solemnem ipsius Servi Dei Thurbibus canonizationem juxta ejusdem S. R. E. Congreg. Rituum tuto deveniri, ac interim indulgeri, ut nuncupetur Beatus, & de eo tamquam Confessore Pontifice Officium recitetur, & Sacrosanctum Missae Sacrificium celebretur.

Preces Caroli Regis Catholici, & aliorum.

§. 2. Hinc est, quod piis, enixisque precibus charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & Charissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Reginae Viduae ejus Genitricis, ac Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, Cleri, Universitatum, Collegiorum, & Populorum tam Hispaniarum, quam Regni Peruviani Nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium unanimi consilio pariter, & assensu, & auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Servus Dei Thurbibus olim Archiepiscopus Limanus in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiae Venerationi Fidelium (non tamen in processibus circumferenda) exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de eo sub ritu semiduplici in omnibus Ecclesiis tam Secularium, quam Regularium utriusque sexus recitetur Officium, & Missa celebretur de Confesso-

Insignitur Servus Dei Thurbibus Beati nomine, ejusque festum cum Officio, & Missa die 27. Aprilis in quibusdam locis celebrari permittitur.

re Pontifice singulis annis, juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani die 27. Aprilis, qua ipse Servi Dei Corpus translatus, & in Metropolitana Ecclesia Limana repositum fuit, cum spiritu Creatori reddiderit die 23. Martii, qua feris Quadragesimae, vel Festis Pascalibus impedita esse solet. Haec autem, videlicet recitationem Officii, & Missae celebrationem fieri concedimus in locis dumtaxat infra scriptis, nempe in Civitate, & Dioecesi Limana, ubi obiit, in Civitate Majoricae, in qua natus est, & in Collegio Ovetensi nuncupato, Universitatis Studii Generalis Salmanticensis, in quo humanis, divinisque Literis imbutus fuit, & quantum ad Missas attinet, etiam a Sacerdotibus confluentibus. Propterea primo dumtaxat anno a datis haece litteris, & quoad Indias die quo eadem litterae illuc pervenerint, inchoando, in Ecclesiis Civitatum, & Dioecesis, ac Collegii praefictorum respective solemniter Beatificationis ejusdem Servi Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori die ab Ordinariis locorum respective constituta, & intra sex Menses promulganda, postquam tamen eadem solemniter in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint, pariter celebrandi facimus potestatem.

Clausula.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut eandem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii praedictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Jun. MDCLXXIX. Pontificatus Nostri anno Tertio.

LXI X.

Declaratur, Provinciam S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fr. Minorum Discalceatorum frui debere omnibus juribus, & Privilegiis aliarum ejusdem Ordinis Provinciarum.

Dat. 10. Julii 1679. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Alia se. re. Clemens PP. X. praedecessor noster motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolica potestatis plenitudine Custodiam Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniae Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quae in executionem quarundam ipsius Clementis praedecessoris in simili forma Brevis litterarum auctoritate Apostolica erecta, & instituta, variisque gratis, & ordinationibus pro felici illius gubernio emanatis per alias ternas ejusdem Clementis praedecessoris pariter in forma Brevis litteras decorata, atque stabilita fuerat, in novam Provinciam Fratrum Discalceatorum Hispaniae dicti Ordinis, quae Provincia S. Petri de Alcantara Regni Neapolitani

Hic Provincia a Clem. X. erecta ab eodem concessa fuerant jura, & privilegia omnia aliarum Provinciarum praeficti Ordinis Hispanicae.

cuilibet respective Confratri, aut Conforori, in aliqua Confraternitate descriptis.

CAPUT II.

Indulgentia pro iis qui ad Confraternitatem Sanctissimi Rosarii recipiuntur.

Primo. Pius Quintus in prefato Brevi Confraternitatis, concedit plenariam Indulgentiam omnibus, & singulis Christianis per deputatos a Magistro Generali, vel Vicario Generali pro tempore descriptis, vere poenitentibus, & confessis qui prima vice descripti fuerint, & Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in aliqua Ecclesia, seu Cappella dictae Confraternitatis perciperint, & unam saltem quinquagenam Rosarii recitaverint, & pro tranquillitate Sanctae Matris Ecclesiae oraverint, eandem elargitur illis, qui in mortis articulo constituti salutaris poenitentiae, & Viatici Sacramentis fuerint muniti.

Secundo. Clemens Octavus in Brevi, Salvatore, die 13. Januarii 1592. Omnibus Christianis vere poenitentibus, & confessis, atque Sanctissimo Eucharistiae Sacramento refectis, qui Rosarii Confraternitatem ingredientur erectam in Ecclesia Praedicatorum Oppidi Divionensis, die primo eorum ingressus, plenariam Indulgentiam elargitur.

Tertio. Eandem pariter Indulgentiam concedit idem Pontifex in Bulla quae incipit, De salute gregis, die 18. Januarii 1592. pro descriptis in Confraternitate erecta in Ecclesia Praedicatorum Utini.

CAPUT III.

Indulgentia pro recitantibus Rosarium diebus ordinariis.

Primo. Confratres lucrantur quadraginta dies Indulgentiarum quoties recitaverint, aut recitari fecerint tertiam partem Rosarii, uti concessit Alexander Episcopus Foroliviensis per Universam Germaniam Legatus a Latere Confratribus Confraternitatis institutae in Ecclesia Praedicatorum Coloniae, ut apparet in literis incipientibus, Et si gloriosus, die 10. Martii 1476. quam concessionem confirmavit Leo X. in prefata Bulla Pastoris aeterni.

Secundo. Cuicumque fidei tertiam partem Rosarii recitanti elargitur Sixtus IV. in Bulla incipiente, Ea qua ex fidelium, 12. Martii 1476. quinque annos, & quinque quadragenae: Eandem etiam confirmat Leo X. in prefata Bulla Pastoris aeterni.

Tertio. Ex concessione Innocentii VIII. in Bulla quae incipit, Splendor paterne gloria, Romae 27. Februarii 1483. Confratribus, & Confororibus in aliqua Confraternitate in Ordine Praedicatorum erecta conscriptis, vere poenitentibus, & confessis, qui tertiam Rosarii partem recitaverint, toties, quoties id egerint, sexaginta millia annorum, & totidem quadragenae Indulgentiarum de injunctis sibi poenitentibus relaxantur: In eadem Bulla iisdem Confratribus, & Confororibus nunc, & pro tempore existentibus vere poenitentibus, ac ob Beatissimae Virginis Mariae reverentiam Rosarium

Ferretibus Rosarium Indulgentia 100. annorum, & totidem Quadrag.

deferentibus praefatus Innocentius centum annos, & totidem quadragenae Indulgentiarum de injunctis sibi poenitentibus, misericorditer indulget. Insuper iisdem Confratribus, si nomen Jesu in fine cujuslibet Angelicae Salutationis nominaverint, quinque annos, & totidem quadragenae similiter concedit.

Proferentibus nomen Jesu in fine cujuslibet salutationis Angelicae quinque annis & totidem quadragenae.

Quarto. Franciscus de Claromonte tituli Sancti Stephani in Coelio Monte Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Rosarii Societatem in Biterrensi Civitate institutam auctoritate Apostolica sibi concessa approbavit, confirmavit, & ratificavit, ejusque Confratribus, & Confororibus quotiescumque per se, vel per alium Beatae Mariae Virginis Rosarium, quod 50. Ave Maria continet, & quinque Pater Noster, continue legerint, vel legi fecerint, centum dies Indulgentiarum largitus est, & Fratre Antonio Curone in S. Theologia Praefato Rosarium idem praedicante omnibus Christianis sermonem ejus audientibus, centum dies pro qualibet vice de injunctis poenitentibus relaxavit.

Quinto. Raymundus tituli Sanctae Mariae Novae Cardinalis per Germaniam Sanctae Sedis Legatus, concedit Confratribus, & Confororibus Rosarii Confraternitatis Colonienensis quoties Rosarium recitaverint, centum dies Indulgentiarum, quod confirmavit Leo X. in prefata Bulla Pastoris aeterni.

Sexto. Confratribus, & Confororibus dictae Confraternitatis Coloniae institutae vere poenitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui ter in hebdomada Rosarium devote recitaverint, pro qualibet vice decem annos, & totidem quadragenae de injunctis poenitentibus relaxat Leo X. in prefata Bulla Pastoris aeterni.

Septimo. Adrianus VI. in Bulla quae incipit, Illius qui Dominicum gregem, die prima Aprilis anni 1523. Omnibus Confratribus Oppidi de Victoria Diocesis Calaguritanae, qui in Capella Sanctissimi Rosarii, aut in quacumque parte ipsius Ecclesiae, ex qua Altare dictae Cappelle conspici possit recitaverint, singulis diebus tertiam partem Rosarii pro qualibet die, qua id fecerint, ut praefertur, quinquaginta annos de injunctis poenitentibus pariter relaxat. Clemens autem septimus in Bulla incipiente, Considerantes, die 6. Aprilis 1524. in alia quae incipit, Ineffabilia, die 23. Martii 1529. concedit eandem Indulgentiam Confratribus dictae Confraternitatis, qui extra Civitatem praedictam existentes in aliqua Ecclesia, seu Oratorio cujusvis loci, tertiam Rosarii partem devote recitaverint.

Octavo. Clemens Septimus in Brevi, Et si temporalium 8. Maji 1534. addidit duos annos Indulgentiae Confratribus institutarum Confraternitatum pro quolibet ex tribus diebus hebdomadae, in quo tertiam partem Rosarii recitabant, dummodo in septima integrum Rosarium recitent. Cum enim ad lucrandum Indulgentiam a Sixto IV. concessam, necessarium esset uno die totum Rosarium recitare, voluit Clemens praefatus sufficere ad praedictum effectum recitare integrum Rosarium in una septimana, assignans pro diebus diem, & pro pluribus vicibus unam vicem. Et cum praedicta Bulla publicata non fuerit vivente Clemente, publicata fuit per Paulum Tertium in Brevi, quod incipit,

Ratio

Rationi congruit, 3. Novembris 1534.

Nono. Pius Quintus Confratribus Confraternitatum Sanctissimi Rosarii erectarum per Fratrem Ambrosium Salvio de Balneolo Ordinis Praedicatorum quoties devote recitaverint Rosarium reliquis anni diebus (exceptis diebus Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis Beatissimae Virginis Mariae, in quibus major acquiritur Indulgentia) concessit quadraginta dies Indulgentiarum, prout constat ex Brevi, quod incipit, Injunctum Nobis, die 14. Junii 1566.

Decimo. Ex ejusdem Pontificis concessione in Brevi Confraternitatis, 17. Septembris 1569. Confratres Confraternitatum erectarum, & per deputatos a Magistro Generali, vel Vicario Generali pro tempore descripti, si devote recitaverint Rosarium integrum qualibet Septimana lucrantur Indulgentiam septem annorum, & totidem quadragenae de poenitentibus injunctis.

Undecimo. Clemens IX. denique in Brevi Exponi nobis, die 22. Februarii 1668. elargitur Confratribus Confraternitatum erectarum, & erigendarum in futurum in Indiis Regis Hispaniarum subiectis integrum Rosarium recitantibus omnes, & singulas Indulgentias, quibus ex Apostolica concessione fruuntur omnes Christiani in Regnis Hispaniae recitantes Coronam Beatissimae Virginis.

CAPUT IV.

Indulgentia, quas Confratres in particularibus anni diebus recitantes Rosarium lucrantur.

Primo. Alexander Episcopus Foroliviensis in Germania Legatus centum dies Indulgentiae, concedit omnibus, & singulis Confratribus Confraternitatis Colonienensis dicentibus tertiam Rosarii partem in quinque Festivitatibus Beatissimae Virginis, videlicet Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis, uti constat ex prefata Bulla Leonis X. Pastoris aeterni.

Secundo Innocentius VIII. anno 1484. 15. Octobris viva vocis oraculo concessit omnibus Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii recitantibus Rosarium per hebdomadam Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem, applicandam a Confessario secundum eorum arbitrium eligendo semel in vita, & semel in mortis articulo, quam Indulgentiam Leo X. in prefata Bulla, Pastoris aeterni, confirmat.

Tertio. Sixtus IV. in Bulla incipiente, Pastoris aeterni, die 29. Maji 1478. elargitur septem annos, & totidem quadragenae Confratribus Confraternitatis Colonienensis, vere poenitentibus, & confessis, dictam Confraternitatem servantibus, qui integrum Rosarium recitaverint, in diebus Festivitatibus Annunciationis, & Assumptionis Beatissimae Virginis, sicut refert, & confirmat Leo X. in prefata Bulla, Pastoris aeterni.

Quarto. Pius V. in prefato Brevi Injunctum Nobis, concedit omnibus Confratribus Confraternitatum Rosarii institutarum, & instituendarum a Fratre Ambrosio Salvio de Balneolo, qui corde contriti, confessi, devotique communicati in die, & Festivitate Annunciationis devote Rosarium recitaverint Indulgentiam plenariam.

Diebus vero Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis decem annos, & totidem quadragenae.

Quinto. Idem Pontifex in dicto Brevi praefatis Confratribus, quoties nomen Domini Jesu Christi, & ejusdem Beatissimae Virginis Mariae Matris suae, tam intus, quam extra dictum Rosarium pie, & devote nominaverint, seu invocaverint, septem dies de injunctis poenitentibus relaxat.

Sexto. Praeterea Pius V. in Brevi quod incipit Confraternitatis, concedit omnibus Confratribus Confraternitatum erectarum a deputatis per Magistrum Generalem, vel Vicarium Generalem pro tempore descriptis, qui in diebus Resurrectionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis Beatissimae Virginis communicati, ut supra Cap. 2. n. 2. dictum est, tertiam partem Rosarii recitaverint, decem annos, & totidem quadragenae.

Septimo. Praeterea iisdem Confratribus tertiam partem Rosarii ad minus recitantibus in reliquis diebus Festivitatibus Domini Nostri Jesu Christi, & Beatae Mariae Virginis, in quibus Sacra Rosarii mysteria recensentur, septem annos, & totidem quadragenae de injunctis poenitentibus relaxat.

CAPUT V.

Indulgentia, quas lucrantur Confratres Sanctissimi Rosarii processionem associantes, fieri solitam prima Dominica cujuslibet mensis, & diebus Festivitatibus Beatissimae Virginis.

Primo. Pius V. in prefato Brevi Confraternitatis, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis etiam non Confratribus, qui processioni Sanctissimi Rosarii, quae qualibet prima Dominica mensis fieri consuevit, devote interfuerint, septem annos, & septem quadragenae de injunctis poenitentibus relaxat.

Secundo. Confratres processionem debitam diebus faciendam associantes, centum dies Indulgentiae consequuntur ex concessione Gregorii XIII. Confratribus Rosarii Civitatis Papienae facta in Brevi, quod incipit, Cum sicut, die 3. Januarii 1579. praeterea idem Gregorius in Brevi Pastoris aeterni die 5. Maji 1581. concessit Indulgentiam plenariam omnibus Confratribus vere poenitentibus, & confessis, ac communicatis, qui processioni prima Dominica cujuslibet mensis interfuerint. Insuper Confratres, qui propter infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum processionibus praedictis adesse non poterint, si confessi, & Sanctissima Communione refecti, Rosarium devote recitaverint, aliasque preces pro S. Matris Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, ac pace inter Principes Christianos concilianda, & conservanda fuderint, eandem Indulgentiam consequuntur, quas consequerentur, si ipsis processionibus personaliter interfuerint, ex concessione ejusdem Greg. in Brevi, Capientes die 24. Decemb. 1583.

Tertio. Eandem plenariam Indulgentiam consequuntur Confratres, & Conforores Confraternitatum Rosarii vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui processioni prima Dominica mensis peragenda interfuerint, & pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiae exaltatione

Invocantibus nomen Jesu, vel Matris ejus Indulgentia septem diebus.

Eadem Indulgentia conceditur, legitime impeditis, si Rosarium recitaverint.

Neapolis nuncupari deberet, ac Capitula Provincialis pro Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum aliorumque Officialium ipsius Provincie electione, nec non Congregationes, aliofque congressus ad instar aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi celebrare, omnibusque, & singulis prerogativis, praeminentiis, iuribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus alia ejusdem Ordinis Provincie, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere poterant, & possent in futurum pari formiter, & absque ulla prorsus differentia, ut si-gnanter illis, quae Provincie Fratrum Discalceatorum Hispanie Ordinis praedicti a quibusvis Romanis Pontificibus ejus praedecessoribus, ac praesertim a recolenda memoriae Urbani PP. VIII. per quasdam suas in forma Brevis literas, quarum initium, Cum ea &c. die 25. Junii 1639. expeditas concessa sunt, nec non omnibus, & singulis indultis, privilegiis, & gratiis custoditae praefatae ab ipso Clemente praedecessore per quinque suas literas quomodolibet concessis, & quibus Custodia ipsa eatenus gavisia erat, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possit, & valerit; ita tamen ut nova Provincia hujusmodi facultate fundandi, & erigendi novos Conventus de sola Ordinatio licentia, quae dictae Custodiae auctoritate Apostolica concessa reperiebatur, non nisi in locis, in quibus Fratres de Observantia, vel Reformati nuncupati Ordinis praedicti non essent, uti valerit, sine cujusquam praedicti in perpetuum erexit, & instituit, & alias prout in ejusdem Clementis praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 7. Februarii 1675. expeditis, quarum, & aliarum literarum praefatarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Referuntur Pontifices, a quibus concessa fuerunt praedicta jura, & privilegia.

§.1. Cum autem sicut dilectus filius Joannes a Sancta Maria Custos, & nuper primus Minister Provincialis dictae Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis Nobis exponi fecit praecipua privilegia, gratias, & indulta dictis Provincie Hispanie concessa a rec. mem. Gregorio XIII. per suas, quarum initium, Adhuc Nos Dominus &c. die 12. Novembris 1677. ad favorem Provincie S. Josephi, & Clemente VIII. per suas proxime dictarum confirmatorias, quarum initium Dudum &c. die 25. Martii 1592. ad favorem ejusdem Provincie S. Josephi, & a dicto Urbano VIII. tam per supradictas ad favorem Provincie Sancti Joannis Baptistae, quam alias suas, quarum initium, Alias scilicet, rec. Gregorius P. P. XIII. &c. ad favorem omnium Provinciarum Discalceatorum die 8. Aprilis 1642. ac alias, quarum initium, Alias postquam per re. me. die 30. Julii 1642. ad favorem eorumdem Provinciarum, & alias incipientes; Alias pro felici, prosperaque regimine &c. confirmatorias praecedentium die 22. Decembris ejusdem anni 1642. ad favorem Provinciarum hujusmodi, & alias quarum initium, Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Gundisabvus &c. die 7. Februarii 1643. ad favorem Provincie S. Gabrielis, ac alias incipientes, Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Paulus &c. confirmatorias praecedentium die 4. Martii ejusdem anni 1643. ad favorem omnium Provinciarum Discalceatorum, & reliquas suas, quarum initium, Religiosorum &c. die Februarii 1642. ad fa-

vorem Provincie S. Didaci, nec non Alexandro VII. Romanis Pontificibus etiam praedecessoribus nostris per suas, quarum initium, Cum sicut dilecti filii &c. die 18. Martii 1649. ad favorem dictarum Provinciarum S. Josephi, & S. Joannis Baptistae, & alias incipientes, Exponi nobis nuper fecerunt &c. per quas privilegia per praefatos Gregorium XIII. Clementem VIII., & Urbanum VIII. praedecessores eisdem duabus Provincie S. Josephi, & Sancti Joannis Baptistae concessa ad omnes alias Provincias Discalceatorum extendit, die 5. Novembris 1665. respective expeditas in simili forma Brevis literas emanaverint:

§.2. Et licet dubitari non possit, quin privilegia, gratiae, & indulta hujusmodi a memorato Clemente X. praedecessore praefatae Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, cui ad servandam cum aliis Provincie uniformitatem, tuendamque in ea Regularis disciplina, quae in ea benedicente Domino vigeret, observantiam, atque Religiosam tranquillitatem omnino necessaria sunt, satis superque communicata fuerint, & proinde Provincia ipsa illis frui, & gaudere possit; quia tamen in praefatis Clementis X. praedecessoris literis super erectione Provincie hujusmodi emanatis de praefatis praedecessoribus nostris, eorumque literis super enunciatis specifica mentio facta non fuisset, fieri possit, ut humani generis hoste superfeminante zizania eidem Provincie semper usu, & fructuione privilegiorum, gratiarum, & indultorum hujusmodi controversia moveatur, aut impedimentum aliquod praestet, tametsi eadem privilegia, gratiae, & indulta nec in toto, nec in parte haecenus revocata reperiantur, sed plenam roboris obtinent firmitatem, Nobis propterea dictus Joannes Custos, & Exprovincialis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur eandem Provinciam in pacis amenitate, regularisque observantiae vigore conservare, ac praefati Joannis votis favorabiliter annuere volentes, eamque, & omnium, & singulorum Superiorum, & Fratrum Provincie singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, nec non literarum praefatarum tenores, & datas etiam veriores, praesentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam Provinciam S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, omnesque, & singulos ejus Conventus, ac Superiores, & fratres praesentes, & futuros omnibus, & singulis privilegiis, prerogativis, praeminentiis, favoribus, gratiis, & indultis, quae dictis Provincie Hispanie, seu eorum alicui, illarumque respective Superioribus, & Fratribus quibuscumque a praefatis Gregorio XIII. Clemente VIII. Urbano VIII., & Alexandro VII. praedecessoribus per eorum literas supra enunciatis respective quomodolibet concessa, & attributa, seu confirmata, & concessa fuerunt, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia uti,

Causa hujus Declarationis

Præces Custodis, & Exprovincialis.

Extendantur jura, & privilegia omnia aliarum Provinciarum ad Provinciam Neapolitanam, cui etiam, si opus est, ea denuo concedantur.

uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite posse, & debere in omnibus, & per omnia, perinde ac si illa omnia, & singula ipsi Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, illiusque Conventibus, ac Superioribus, & Fratribus praedictis nominatim, & in individuo per memoratum Clementem praedecessorem in suis literis super erectione Provincie hujusmodi emanatis concessa reperiantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium declaramus, atque decernimus. Et quatenus opus sit ipsi Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, ejusque Superioribus, & Fratribus praefatis, ut omnibus, & singulis privilegiis, prerogativis, praeminentiis, iuribus, honoribus, gratiis, & indultis hujusmodi, nec non illis, quae eis a praefato Clemente X. praedecessore, sicut praemittitur, concessa fuerunt, uti, potiri, & gaudere libere, pariter, & licite valeant, auctoritate, & tenore praedictis de novo concedimus, & indulgemus.

Classula.

§.4. Decernentes eandem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective invariabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non omnibus, & singulis illis, quae in praefatorum praedecessorum nostrorum literis supradictis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die X. Julii MDCLXXIX. Pontificatus nostri Anno Tertio.

L X X.

Confirmatur Summarium Indulgentiarum Confraternitatum Sanctissimi Rosarii, quod prius a S. Congregatione recognitum, & approbatum fuerat.

Nonnulla ex his Indulgentiis extensa fuerant etiam ad alios extra Confraternitates a Clemente X. Const. 53. qua inc. Coelestium munerum tom. 7. Omnes vero postea confirmatae, & alia concessa sunt a Benedicto XIII. Constitut. qua inc. Pretiosus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Antonii de Montoli Magistri Generalis Ordinis Fratrum

Predicatorum, Nobis expositum fuit, quod de hujus S. Sedis mandato confectum, & a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praeposita revisum, & approbatum fuit Summarium Indulgentiarum, & aliarum gratiarum spiritualium Confraternitatum sub titulo Sanctissimi Rosarii erectis, & Institutis, auctoritate Apostolica concessarum tenoris qui sequitur, videlicet:

Insequens Summarium recognitum, & approbatum fuit a S. Congr.

§.1. Summarium Indulgentiarum, & gratiarum Confratribus, & Confororibus Sanctissimi Rosarii, tam in vita, quam in morte concessarum.

CAPUT I.

De Confirmatione, & extensione Indulgentiarum Sanctissimi Rosarii.

Primo. Sciendum a multis Summis Pontificibus respective fuisse confirmatas Indulgentias, & gratias, ab eorum Antecessoribus benigne elargitas, Confratribus, & Confororibus, Sanctissimi Rosarii, nimirum a Leone X. in Bulla quae incip. Pastoris aeterni die 6. Octobris 1520. a Clemente VII. in Brevis, Esti temporalium die 8. Maji 1534., a Julio III. in Brevis Sinceram devotionis 24. Augusti 1551., a Pio V. in Brevis, Inter desiderabilia die 28. Junii 1569., ac in Brevis, Consvenerunt, die 17. Septembris 1569. Deinde cum omni amplitudine confirmatas, & innovatas a Sixto V. in Brevis quod incipit. Dum ineffabilia. 30. Januarii 1586. Denique etiam Paulus V. in Brevis Cum olim, die 20. Septembris 1608. revocato Brevis suo revocatorio Indulgentiarum antiquarum Sanctissimi Rosarii in executionem Constitutionis Clementis VIII. incipientis. Quae cumque, & illud ad terminos juris reduxit, & pristino statui restituit eisdem Indulgentias a Summis Pontificibus suis praedecessoribus concessas Confraternitatibus Sanctissimi Rosarii canonice institutis, ubique locorum existentibus.

Secundo. Omnes Indulgentias specialiter, vel generaliter, aut quocumque modo uni, vel pluribus Confraternitatibus SSmi Rosarii, vel etiam Confratribus, & Confororibus alicujus Confraternitatis in aliqua particulari Ecclesia erecta impertitas, communes esse omnibus Confraternitatibus Sanctissimi Rosarii, Confratribusque, & Confororibus omnium dictarum Confraternitatum universi Orbis. Hoc indulgit Gregorius XIII. in Brevis incipiente, Pastoris aeterni, 5. Maji 1581. pro Confraternitatibus canonice erectis. Et Sixtus V. in praefato Brevis Dum ineffabilia, omnia privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, concessionem, Indulgentias, etiam plenarias a Summis Pontificibus concessa, & concessas Confraternitatibus, aut Confratribus Sanctissimi Rosarii extendit, & ampliat in perpetuum ad Confraternitates erigendas, illarumque Confratres, & Conforores pro tempore existentes.

Tertio. Denique quascumque Indulgentias in hoc Summario contentas, quae concessae sunt alicui particulari Confraternitati Sanctissimi Rosarii vigore praefatarum literarum Apostolicarum communes esse cuilibet Confraternitati, & cuili-

tatione pias ad Deum preces effundant, ex concessione Pauli V. in Brevis quod incipit, *Piorum Romani* die 15. Aprilis 1608.

Quarto. Pius IV. eandem etiam Indulgentiam plenariam concessit Confraternitati Sanctissimi Rosarii in Ecclesia S. Mariæ super Minervam in Urbe, in Bulla incipiente, *Dom præclara* die 28. Februarii 1561. omnibus Confratribus, & Confratribus Sanctissimi Rosarii vere poenitentibus, & Confessis, vel firmum propositum temporibus statutis confitendi habentibus, qui processionem associaverint in dicta Ecclesia fieri solitam in Festivitatibus, & solemnitatibus Gloriosæ Virginis Mariæ, videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Præsentationis, & Conceptionis.

Quinto. Gregorius XIII. in Brevis *Ad augendam* 24. Octobris 1577. elargitur Indulgentiam plenariam Confratribus Confraternitatis Rosarii erectæ in Ecclesia Sancti Dominici Bononiæ, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui singulis annis solemnem Processionem prima Dominica cujlibet mensis in dicta Ecclesia celebrandæ interfuerint, & Cappellam Sanctissimi Rosarii devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, & unione, ac hæresum extirpatione, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint.

CAPUT VI.

Indulgentia pro Confratribus visitantibus Cappellam Sanctissimi Rosarii.

Primo. Pius IV. in præfata Bulla *Dom præclara* concedit Indulgentiam plenariam iis, qui vere poenitentes, & confessi, vel firmum propositum confitendi habentes, statutis ab Ecclesia temporibus, devote visitaverint Cappellam Sanctissimi Rosarii in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam de Urbe in Festivitate Beatissimæ Virginis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, & Præsentationis a primis Vesperis usque ad occasum solis dictarum festivitatum.

Secundo. Gregorius XIII. in Brevis *Ad augendam* 12. Martii 1577. concessit plenariam Indulgentiam Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii in Ecclesia Prædicatorum Cremonæ, qui vere poenitentes, & Confessi, necnon Sacra Communione refecti, devote visitaverint Cappellam Rosarii prima Dominica cujlibet mensis, & omnibus Festivitatibus Beatissimæ, & Gloriosissimæ Virginis, ibique pias ad Deum preces effuderint pro Christianorum Principum concordia, extirpatione hæresum, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione.

Tertio. Idem Pontifex in Brevis *Ad augendam* die 24. Octobris 1577. Indulgentiam plenariam concessit cuilibet Confratri Confraternitatis Rosarii in Ecclesia S. Dominici Bononiæ, qui poenitens, & confessus, ac Sacra Communione refectus Cappellam Rosarii S. Dominici de Bononia in singulis Festivitatibus Beatissimæ Virginis devote visitaverit, atque ut supra oraverit.

Quarto. In alio Brevis incipiente, *Cum fecerit* 3. Januarii 1579. Idem Gregorius elargitur Con-

fratribus Confraternitatis erectæ in Ecclesia Prædicatorum Civitatis Papien. pro qualibet die, qua visitaverint Cappellam, seu Altare Sanctissimi Rosarii in præfata Ecclesia centum dies Indulgentiæ orando Deum, ut supra. Insuper concedit Indulgentiam Plenariam Confratribus ejusdem Confraternitatis Papiensis, qui devote visitaverint dictum Altare, seu Cappellam in præfata Ecclesia tertia Dominica Aprilis, & prima Octobris, a primis Vesperis, usque ad occasum solis, dummodo vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, ut præfertur, oraverint.

Quinto. Idem Gregorius in Brevis *Exponit nobis* prima Octobris 1577. concedit Indulgentiam plenariam omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, qui vere poenitentes, & Confessi prima Dominica Mensis Octobris devote visitaverint a primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem Dominicæ Ecclesiam S. Mariæ super Minervam de Urbe, & ibi pro Principum concordia &c. pias ad Deum preces effuderint.

Sexto. Præterea idem Pontifex in Brevis *Pastoris æterni* die 5. Maji 1581. Indulgentiam plenariam concedit omnibus Confratribus erectarum Confraternitatum Rosarii, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacratissima Communione refecti devote visitaverint Cappellam Sanctissimi Rosarii illis diebus, quibus aliqua Mystera Rosarii celebrantur, & processioni primæ Dominicæ cujlibet mensis interfuerint.

Septimo. Clemens VIII. in Brevis *Salvatoris, & Domini Nostri*, 13. Januarii 1592. elargitur plenariam Indulgentiam Confratribus Confraternitatis Rosarii erectæ in Ecclesia Prædicatorum Divioni, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui devote visitaverint Cappellam, seu Altare Rosarii dictæ Ecclesiæ in qualibet prima Dominica mensis Octobris a primis Vesperis usque ad occasum solis, ac inibi pias ad Deum preces effuderint pro Sedis Apostolicæ, & Fidei Catholicæ exaltatione, & hæresum extirpatione, necnon pacis inter Principes Christianos conservatione, aut alias, prout unicuique suggeret devotio.

Octavo. Insuper in eodem Brevis concedit eisdem Confratribus septem annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, qui vere poenitentes, confessi, & devote communicati ultra Festum Paschalis Resurrectionis, in diebus Festivitatibus Pentecostes, Assumptionis Beatissimæ Virginis, necnon omnium Sanctorum, & Nativitatis D. N. Jesu Christi Cappellam, Altare Sanctissimi Rosarii visitaverint, & Deum, ut præfertur, oraverint.

Nono. Idemmet Clemens VIII. in Bulla incipiente: *De salute Gregis* die 28. Januarii 1592. Confratribus, & Confratribus Sanctissimi Rosarii Confraternitatis erectæ in Civitate Utinensi, vere poenitentibus, & Confessis, & Communione Sacra refectis, qui in Festivitate Assumptionis Beatissimæ Virginis singulis annis devote visitaverint Ecclesiam dictæ Confraternitatis a primis Vesperis usque ad occasum solis, ibique aliquas preces effuderint pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, extirpatione hæresum, reductione hæreticorum, & Conversione Infidelium, & pro conservatione Pacis, concordie, & unionis inter Principes Christianos, quoties id egerint, Indulgentiam plenariam concedit. Præterea in eadem Bulla iisdem Confratribus, qui vere poenitentes, confessi, & communicati devote visitaverint prædictam Ecclesiam in Solemnitatibus Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, & Visitationis Gloriosæ Virginis Mariæ, & oraverint ut supra, septem annos, & septem quadragenas Indulgentiæ elargitur.

CAPUT VII.

Indulgentia, quas Confratres, & Confratres Sanctissimi Rosarii lucrantur pia opera exercentes.

Primo. Alexander Episcopus Foroliviensis Legatus Apostolicus per Germaniam concessit quadraginta dies Indulgentiæ de injunctis sibi poenitentibus omnibus Confratribus Confraternitatis Rosarii erectæ Colonie, qui Sabbatis, & Festivis diebus interfuerint, dum cantatur *Salve Regina* post Completorium coram Altari Beatissimæ Virginis, ubi prædicta Confraternitas instituta est, quam concessionem confirmavit Leo X. in præfata Bulla *Pastoris æterni*.

Secundo. Gregorius XIII. in præfata Brevis, *Cum fecerit accepimus* 2. Januarii 1579. Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii Papiæ relaxat centum dies de injunctis eis, seu quomodolibet debitis poenitentibus, qui Vexillum Sanctissimi Rosarii associaverint, quando corpora mortuorum Confratrum deferuntur ad Sepulturam, & interfuerint Anniversariis pro Animabus Defunctorum Confratrum celebrandis, & ibi pro Christianorum Principum concordia &c. vel alias oraverint, vel Infirmos Confratres ad ad Eucharistica Sacramenta sumenda hortati fuerint, & visitaverint.

Tertio. Clemens VIII. in Brevis, *Salvatoris* die 13. Januarii 1592. Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii erectæ in Ecclesia Prædicatorum oppidi Divionensi, qui Divinis Officiis per illos Confratres, seu ex eorum Instituto in dicta Cappella decantandis, ac Congregationibus publicis, vel secretis pro felici directione dictæ Confraternitatis habendis interfuerint, atque associaverint Sanctissimum Sacramentum dum ad aliquem infirmum deferri contigerit, ac qui legitime impediti hoc facere nequiverint, Campanæ ad id signo dato, genuflexi si poterint Orationem Dominicam pro eodem Infirmo recitaverint, necnon cujuscumque Confratris Cadaver ad Sepulturam Ecclesiasticam associaverint, vel eos in eorum Infirmatibus visitaverint, & consolati fuerint, ac Orationem Dominicam quinque, & toties Angelicam Salutationem coram Imagine Sanctissimi Crucifixi in honorem inque plagarum D. N. Jesu Christi pro Animabus eorundem Confratrum in Christi charitate Defunctorum recitaverint, quoties aliquod præmissorum fecerint, sexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentibus relaxat.

Quarto. Idem in Brevis, *Ineffabilia Dei Genitricis* die 12. Februarii 1598. Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii erectæ in Ecclesia S. Pauli Vallisolen. Ordinis Prædicatorum centum dies quoties vere poenitentes, & Confessi, seu a Jure Statutis temporibus firmum confitendi propositum habentes Antiphonæ *Salve Regina* in præfata Ecclesia post Completorium, decantari solite interfuerint: in Festivitatibus autem Beatissimæ Virginis, necnon Sanctorum

Apostolorum, & Sanctorum dicti Ordinis, & quando ipsi Confratres juxta Statuta dictæ Confraternitatis, cum cereis accensis adesse tenentur, eisdem Confratribus, ut præfertur interessentibus tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut quomodolibet debitis poenitentibus relaxat. Illis autem Confratribus, qui pro solemnitate a dicta Confraternitate celebrari solita Dominica infra Octavam Nativitatis Beatissimæ Virginis, ordinandis Altaribus, vel Ecclesiæ preparandæ vacaverint, aut ornamenta ad Divinum cultum spectantia miserint, centum dies Indulgentiæ concedit, extendens prædictas Indulgentias ad Infirmos, Mulieres gravidas, & legitime impeditos, qui flexis genibus prædictam Antiphonam *Salve Regina* coram Altari, vel Imagine Beatæ Virginis devote recitaverint, qui autem Confratrem Infirmum visitaverint, aut Corpus Defuncti Confratris ad dictam Ecclesiam associaverint, tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentibus.

Quinto idem Pontifex in Bulla *De salute Gregis*, die 15. Februarii anno 1592. Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii erectæ in Ecclesia Prædicatorum Utini quoties interfuerint Divinis Officiis, aut Missis, quæ celebrantur in dicta Ecclesia, vel intuitu, vel ex Instituto, aut consuetudine dictæ Confraternitatis, aut Hospitio Pauperes peregrinos exceperint, aut elemosynis, vel officiis adjuverint, aut pacem cum Inimicis composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, ac etiam corpora Defunctorum tam Confratrum, quam aliorum ad Sepulturam associaverint, aut Infirmos consolati fuerint, aut Processiones ordinarias, tam Confraternitatis, quam alias quascumque, diligentia Ordinarii celebrandas Sanctissimum Sacramentum tam in processionibus, quam ad Infirmos, vel quovis modo delatum comitati fuerint, seu impediti per alium, vel alios associari fecerint, vel Campanæ ad id signo dato genuflexi, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro Animabus Confratrum Defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut ignorantes præcepta Dei, & alia ad salutem necessaria docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, quoties præmissa, vel quid præmissorum egerint, sexaginta dies de injunctis eis, aut quomodolibet debitis poenitentibus relaxat.

Sexto. Rursus Gregorius XIII. in Brevis *Desiderantes* 12. Martii 1680. Confratribus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii institutarum in Ecclesiis Fratrum Prædicatorum Provinciae S. Jacobi novæ Hispaniæ in Indiis, & omnibus Christianis, qui vere poenitentes, confessi, ac Sacra Communione refecti, devote visitaverint dictas Ecclesias diebus Festivitatibus eorundem respective, & in Solemnitate Corporis Christi, Indulgentiam plenariam concedit. Insuper omnibus, qui Sabbatis in quadagesima assident Missæ, & Concioni Beatissimæ Virginis, ac dum cantatur Antiph. *Salve Regina*, concedit unius anni Indulgentiam. Præterea quando ex elemosynis Confraternitatis Sanctissimi Rosarii Virgines Matrimonio junguntur, tam ipsis, quam ipsarum Maritis, & Confratribus Sanctissimi Rosarii Processioni interessentibus, quinque

que annos Indulgentia elargitur. Denique Confratribus, & Confororibus associantibus Processionem, quae fit singulis Sabbatis, aut semel in mense per Ecclesiam, vel Claustrum dictarum Domorum, in suffragium mortuorum, octo annos Indulgentiae de iniunctis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis relaxat.

CAPUT VIII.

Indulgentia, quas consequuntur Confratres, & Conforores Sanctissimi Rosarii visitantes quinque Altaria.

Leo X. instituit, & concessit, ut quilibet Confrater Confraternitatis SSimi Rosarii canonice in quacumque Ecclesia Ordinis Praedicatorum erectae quinque Altaria visitando cuiuscumque Ecclesiae, aut unum, vel duo quinque, si quinque defuerint eandem Indulgentiam integraliter consequatur, ac si omnes Almae Urbis Stationes peregrinando circumiret, quam concessionem confirmat, & approbat Clemens VII. in Brevi: Et si temporalium, quod Paulus III. in Brevi Rationi congruit 3. Novembris 1534. publicavit.

CAPUT IX.

Indulgentia, quas lucrantur Confratres, & Conforores peccata sua confitendo, & communicando aliquibus diebus Dominicis Anni.

Primo. Gregorius XIII. in Brevi quod incipit Ad augendam pro Confraternitatibus institutis in Ecclesiis Praedicatorum Provinciae, utriusque Lombardiae die 8. Novembris 1578., & in alio simili pro Provincia Romana an. 1579. die 29. Augusti concedit plenariam Indulgentiam omnibus Confratribus, & Confororibus SSimi Rosarii, qui vere poenitentes, & confessi, ac devote in dictis Ecclesiis primis Dominicis diebus cuiuslibet Mensis Sacram Communionem sumpserint, ibique pro extirpatione haereticum, pro pace inter Principes Christianos, & Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quam Indulgentiam extendit ad Confratres infirmos, qui ad eandem Ecclesiam, seu quamlibet earum accedere non valentes, pravia Confessione, & Communione domi suae ante devotam Imaginem devote Rosarium, seu Coronam, aut septem Psalmos, qui legere sciunt recitaverint.

Consultur Infirmis Ecclesiam adire non valentibus.

Secundo. Clemens VIII. in Brevi Ineffabilia Gloriosa Virginis, 12. Februarii 1598. Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii erectae in Ecclesia S. Pauli Vallisolei Ordinis Praedicatorum, qui Dominica infra octavam Nativitatis Beatissimae Virginis solemniter huiusmodi Festivitatem celebrare volunt, si vere poenitentes, & confessi eadem die annis singulis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum perciperint, & Altissimi Preces pro universalis Ecclesiae, & Romani Pontificis statu fuderint, plenariam suorum peccatorum Indulgentiam concedit.

Tertio. Gregorius XIII. in Brevi quod incipit, Desiderantes, 22. Martii 1580. Confratribus, & Confororibus Confraternitatum jam erectarum in Ecclesiis Praedicatorum Provinciae, Sancti Jacobi novae Hispaniae, in Indiis, qui pri-

ma Dominica Octobris vere poenitentes, & confessi alicui confessario dicti Ordinis, Sac. Communionem sumpserint in praefatis Ecclesiis, in quibus instituta est Confraternitas SSimi Rosarii, plenariam Indulgentiam elargitur.

CAPUT X.

Indulgentia, quibus fruuntur Confratres, & Conforores Sanctiss. Rosarii in mortis articulo.

Primo. Supradiximus, quod Confratres, & Conforores SSimi Rosarii respective, ex concessione Innocentii VIII., & Leonis X. qui per septimanam Rosarium recitaverint, consequantur semel in vita, & semel in morte Indulgentiam plenariam, & Pius V. in Brevi Consueverunt, Indulgentiam plenariam concedit Confratribus Confraternitatum erectarum in articulo mortis constitutis, confessis, & per modum Viatici Sacra Communionem receptis.

Secundo. Adrianus VI. in Bulla Illius, qui Dominicum gregem die prima Aprilis anno 1523. plenariam Indulgentiam concedit Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii erectae in Ecclesia Praedicatorum Victoriae (vere poenitentibus, & confessis, vel firmum propositum confitendi habentibus) qui in mortis articulo in manibus tenentes cereum benedictum Confraternitatis, in honorem Virginis Mariae ex hac luce migraverint, si ante eorum obitum Rosarium semel dumtaxat recitaverint. Quam Indulgentiam confirmavit Clemens VIII. in praefata Bulla Ineffabilia &c.

Tertio. Clemens VIII. in Brevi Salvatoris 13. Januarii 1592. Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii instituta Divioni, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communionem recepti, pium nomen Jesu corde, si ore nequiverint, in mortis articulo invocaverint, plenariam Indulgentiam elargitur.

Quarto. Et in Brevi, Ineffabilia gloriosa 12. Februarii 1598. Confratribus Confraternitatis Sanctiss. Rosarii erectae in Ecclesia S. Pauli Vallisolei, si in articulo mortis recipiendo Sanctissima Ecclesiae Sacramenta, & Ecclesiae Romanae fidem profitendo, Antiphonam Salve Regina dixerint, & Beatae Virgini se commendaverint Indulgentiam plenariam concedit.

Quinto. Idem in Bulla, quae incipit, De salute gregis 18. Januarii 1592. Confratribus, & Confororibus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii Utini erectae, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem receptis, qui in articulo mortis Sanctissimum nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocaverint, vel aliquod contritionis signum dederint, Indulgentiam plenariam concedit.

Sexto. Clemens X. in Brevi, Caesitium munus 16. Februarii anni 1671. Sacerdotibus Saecularibus, aut Regularibus, quibus licitum fuerit juxta Constitutiones, & Decreta Sedis Apostolicae celebrare Missam Sanctissimi Rosarii, eandem celebrando, sicut & omnibus Religiosis, & sanctimonialibus, etiam Tertii Ordinis Praedicatorum, & omnibus Confratribus, & Confororibus cuiuscumque Confraternitatis Sanctissimi Rosarii jam erectae, aut erigendae in futurum in quocumque loco, qui vere poenitentes, & confessi, vel firmum confitendi habentes pro-

Celebrantibus Missam Rosarii, etiam adfratribus Indulgentia plenaria.

positum praedictae Missae devote interfuerint, ibique pro pace inter Principes Christianos, haereticum extirpatione, & exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae oraverint, quoties id egerint impertitur omnes Indulgentias, peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes, quas Confratres, & Conforores dictae Confraternitatis integrum Rosarium recitando ex Sedis Apostolicae concessione assequuntur.

Idem aliam semel in mense.

Septimo. Idem Pontifex in eodem Brevi omnibus, & singulis praedictis, qui soliti fuerint dictam Sanctissimi Rosarii Missam celebrare, ut dictum est, aut eidem assistere, si vere poenitentes, confessi, & communicati oraverint, sicut dictum est, concedit ut omni mense eandem, similiter consequantur Indulgentias, peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes, quas consequentur Confratres, & Conforores dictarum Confraternitatum, assistendo processioni Sanctiss. Rosarii quolibet prima Dominica mensis.

Praedictae Indulgentiae applicari possunt animabus Defunctorum.

Octavo. Praeterea idem Summus Pontifex in eodem Brevi concedit, ut omnes haec Indulgentiae, peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes, possint per modum suffragii animabus Defunctorum applicari.

CAPUT XI.

Quomodo omnes praedictae Indulgentiae ad Infirmos, ac legitime impeditos extendantur.

Praeter ea quae, Capite V., & IX. diximus: sciendum, Sixtum V. in praefato Brevi, Dum ineffabilia, Confratribus Confraternitatum tam haecenus erectarum, quam in posterum erigendarum itinerantibus, navigantibus, & servientibus, totum Rosarium, Infirmis vero, aut alias legitime impeditis tertiam ejus partem devote recitantibus, necnon temporibus debitis, & ab Ecclesia statutis confitendi, & communicandi firmum propositum habentibus, qui Cappellam Rosarii in Ecclesia S. Mariae super Minervam Ordinis Praedicatorum Romae, aut alias Ecclesias, vel Cappellas ubicumque dicta Confraternitas canonice erecta fuerit, iis diebus, quibus festa Mysteriorum Rosarii celebrantur visitare, & processioni, quae prima Dominica cuiuslibet mensis fieri solet interesse non poterint, plenariam Indulgentiam concedere, & elargiri, illisque communicare omnes, & singulas Indulgentias, peccatorumque remissiones, etiam plenarias, concessas, & concedendas in futurum, omnibus Confratribus, & Confororibus in praefatis diebus Cappellas, seu Ecclesias Rosarii visitantibus, ac dictae Processioni interessentibus, perinde ac si iisdem diebus dictas Cappellas, seu Ecclesias personaliter visitarent, & processioni- bus huiusmodi interessent, advertant nihilominus Confratres, ut debita contritione muniantur.

CAPUT XII.

Indulgentia pro Defunctis.

Primo. Gregorius XIII. in Bulla, quae incipit, Omnium saluti, 30. Octobris 1582. concedit Ecclesiae Praedicatorum loci Racconisii ubi est Altare SSimi Rosarii, quod non est Altare majus,

indultum Altaris privilegiati, quoties ab aliquo dictae Domus Sacerdote dumtaxat Missa Defunctorum celebrabitur pro Anima cuiuscumque fidelis Defuncti Confratris Sanctissimi Rosarii.

Secundo. Clemens Decimus concedit omnes Indulgentias Capitulo decimo numero sexto, recensitas, posse applicari per modum suffragii Animabus Defunctorum.

Tertio. Praeterea Innocentius XI. concessit, & indulgit in perpetuum, ut omnes, & singulae Indulgentiae Confratribus, & Confororibus Rosarii concessae possint ab iisdem per modum suffragii applicari Animabus fidelium Defunctorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint.

Forma, ut vocant Absolutionis, seu modus imperpetuanda Indulgentiae Confratribus Rosarii in articulo Mortis.

Confiteor. Pater Spiritualis. Misereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata, quaecumque, & quomodocumque in toto vitae decursu commisisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es, restituens tibi Stolum primam, quam in Baptismate recepisti, & per Indulgentiam plenariam a Summo Pontifice Innocentio VIII. Confratribus Sanctissimi Rosarii in articulo mortis constitutis concessam liberet te a praesentis, ac futurae vitae poenis, dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas Inferni claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere per Sacratissima suae vitae passionis, & glorificationis Mysteria SSimo Rosario comprehensa. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto Deus unus, vivit, & regnat in Saecula Saeculorum. Amen.

§.2. Die 11. Julii 1679. Sacra Congregatio Summarium hoc Indulgentiarum a se recognitum approbavit -- A. Cardinalis Homo deus -- Loco * Sigilli -- Michael Angelus Riccius Sacrae Congregationis Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum Secret.

Approbatio Sacrae Congregationis.

§.3. Cum autem sicut eadem expositio sub- jungebat dictus Antonius Magister Generalis Summarium huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicae confirmationis nostrae Patrocinio communiri, & alias opportune in praemis- sis a nobis provideri, ac ut infra indulgeri plurimum desideret: Nos ipsius Antonii Magistri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praesertim Summarium Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium, omniaque, & singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos, juris, & facti

Preces Magistri Generalis dicti Ordinis

Confirmatur relatum Summarium